

A. L. Opimius in Consulatu Fulvium Flaccum consularem & C. Gracchum tribunum oppressit.

ERGA LATRONES.

Latrones pisco seculo exiterunt plurimi. Eorum Hercules peragrans regiones, exscindebat & sustollebat partem. Alii delitescetes eo praesente trepidabant, fugabantque & abjecti despiciebantur. Tmolus & Telegonum, Protei filios, qui hospites lueta superatos necabant, lueta suffocavit. Sarpedonem, Neptuni filium, crudelissimum interfecit sagittis, & baltheum Eurytheo portavit. Cacum latronem in Aventino monte oppressit. Lacinum, extremam oram Italiae latrocinii infestantem crucidavit. Coon insulam diripuit, regemque Eurypilum cum universa familia obruncavit, quia exercebat caedes & latrocinia adversus omnes. Albionem & Borgionem, iter suum impediennes, cum ad Atlanticos montes properaret, de medio sustulit. Cum ad aptum Erymanthum proficisceretur, a Pholo hospitio perbenigne accipitur. Is vas optimi vini in honorem hospitis aperuit. At Centauri odore vini concitati, in Pholum impetum faciunt: quos Hercules statim sagittis confecit. Dum terviret Lydiae regine Omphale, Cercopas Ephesi populos bello profligavit, qui adventientes hospites suas vineas tanquam servos fodere cogebant. Cum boves Geryonis in Lybiam per Iberiam abigeret, Percylus & Alebion, Neptuni filii, boum pulchritudine alleciti, illos surripere, & egerre in Ethuriam. Cum taurus aufragisset, & transisset in Siciliam, Italiam postea vocarunt. Tyrhenorum enim lingua taurus dicebatur. Cum Eryx, Siciliae rex, taurum illum cepisset, neque repenti Herculi reddere vellet, ad certamen ventum est. Eryx caestu percussus obiit. Multa sunt certamina, quae in itinere ad Hesperidum mala Hercules commisit. A signo ad fluvium Echedorum ad singulare certamen provocatus est. At fulmine caelesti fuerunt ditempti. Cum e Pyrenaeis montibus per Illyriam regionem iter faceret, & in Lybiam pervenisset, Antaeum Terrae filium obvium habuit, admittenda proceritatis, qui ad sexaginta & quatuor cubitorum longitudinem accederet, in omnes peregrinos inhumanum, quos secum luctari cogebat, & suffocabat. Hic cum Herculem ad luctum provocasset, ab eo penae extinctus ter prosternitur. At erat ea virtute, ut quoties Terram matrem attingeret, toties fortior resurgeret. Quod sentiens Hercules, sublimem a terra tamdiu sustinuit, quamdiu spiraret, donec expiravit. E Libya in Aegyptum profectus, Bufirim Neptuni & Lysianasse vel Lybies filium invenit, qui advena Neptuno patri, vel Jovi immolaret. Cum eadem infidias Herculi parasset, Bufirim, Amphidamantem F. & Chalben, praecorem ara illius impure, occidit. Per Arabiam iter faciens, Emathionem Tithoni filium, violentum hominem in omnes peregrinos, obruncavit. Nat. Com. lib. 7. cap. 1. Myth.

MELAMPYGTUS Graecis significat eum, qui nigro sit podice: quo quidem cognomento notatus est Hercules, quod eam corporis partem, non Lydorum more vulsam, neque candidam, quemadmodum effeminati solent, sed nigris pilis hirsutam ac sylvosam haberet. Nam Graeci, quemadmodum molles & imbelles, fractosque delicias, περιτρυγες & λαιμύργους appellant; itidem e diverso fortes ac strenuos, μελαμύργους vocare consueverunt, ut auctor est Lycopronis interpres. Idem ostendit parentiam ad hunc quoque modum efferri: οὐρα μελαμύργου περιτρυγας, id est: Nondum in Melampygo incidisti. Duo quidam fratres erant sceleratissimi, Passalus & Achemon, sive Achmon. Hos mater, nomine Semnonis, ubi videret atrociam facinorae patrantis, iussit cavere, ne quando in Melampygo incidere. Evenit deinde, ut Hercules aliquando sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes five Perperi fratres (utrumque enim scriptum invenitur) & Herculem dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. Ille protinus sensit infidias, & correptos ac victos de clava a tergo suspendit leporum ritu, atque ad eum modum gestabat. Illi pendentes capitibus deorsum demissis, cum Herculis posticum nigris pilis horridum atque hispidum viderent, matremi moniti memores, super hac re inter sese confabulabantur. Quod simul ac audivisset Hercules, hoc cognomine delectatus, & in risum effusus, eos vinculis solutos dimisit. Notat hanc historiam Plut. in libello de Descriptione amici & adulteris, cum ait, Herculem Cercopibus fuisse delectatum. Meminit & Herodotus in septimo, de loco dicto lapide Melampygo, & Cercopum sedes. Erasmus in Adagiis.

THESEUM jam pridem virtutis clam gloria incenderat Her-

culis, eumque faciebat plurimi: promptissime aures praebebat, qualis esset ille, commemorantibus, praecipue his, qui viderant eum, & ejus factis dictisque interfuerant, ita ut nota quoque in somnis gesta ejus illi occurrerent, & interdum concitaret emulato, praesertim cum genere essent propinqui, ex consobrinis nati. Quippe erat Pithaei, Aethra filia; Alcmene, Lysidices; Lyfidice & Pitheus ex Hippodamiae & Pelope germani. Itaque Troezen relicta, ubi ab avo Pitheo educatus fuerat, Athenas ad Aegum patrem terrestri itinere profectus, primum in sinibus Epidauri Periphem (Suidas Periphemem vocat) qui pro armis utebatur clava, ideoque Corynetes, id est, clavatus appellabatur, apprehendentem ipsum, & vetantem progredi, congressus cum eo, interfecit. Oblectatus clava, cepit eam pro armis, qua deinceps est usus, ut pelle leonis Hercules. In Isthmo Simin Pithocampem (sic dictum, quod duas fideus pinus, atque utriusque alligato hominis brachio, sursum dimittens, dilaceraret) quo modo multos ille peremerat, eodem cum sustulit: non meditatus neque allicitus, sed virtutem demonstrans cuius arti & exercitationi excellere. Erat Sinidi excellentissime formae & statura filia, Perigone nomine: hanc perempto Theseus patre fugientem circumquaque requirebat. Ea in locum fecerant frequentibus virgultis, multaque stoebe & asparagis obstitum. Haec illa admodum simpliciter & pueriliter precans velut sententia, vota cum iurejurando nuncupavit, si servarent & texissent fe, nunquam laetaturam se ea, nec crematuram. Quam cum alta voce appellaret Theseus, fidemque daret, egressam se ejus gesturam curam, neque re illa violatorem: prodidit, atque ex Thesei complexu edidit Melanippum. Ea post Dejoni Euryi Oechalensis filio, Theseo locante, nupsit. Melanippo Thesei genitus Toxus, Omyri genus deducenda in Curiam colonia fuit, unde originem ducunt Toxides. Hinc solemne Toxidibus est, neque ipinam asparagi, & neque scaeben comburere: sed honorare haec & venerari. Crommyonia sus, quam Pheam cognomine dicebant, fera erat non contentenda, sed pugna, & haudquaquam prompta superata. Hanc obiter, ne omnia viderentur necessitate agere, exceptam occidit: existimans juxta decere fortem virum, homines improbos ut ad vindicandum se aggrediantur, & feras generosas pugna lacefat, & cum eis depugnet. Sunt, Pheam qui mulierem latronem fuisse atque & lascivam referant, quae ibidem habitabat in Crommyone, Suem appellatam, ex moribus & vita, quae fit inde a Theseo trucidata. Scironem profinitibus Megaricis sustulit, praecipitavione de saxo, quae ab eo saxa Scironia dicuntur. Hic latrocinione utebatur in viatores: & ut alii jussit, ex impotente improbitate pedes porrigebat peraginis, justis eos abluere, mox implebat hos calcibus, & deurbabat in pelagus juxta Cheloneum. Elenfina juxta Cercyonia Arcadem lueta vicium oppressit: paulumque progressus, Hermonie Damastem, Procrustem dictum, aggressus est, in eo loco Attice, qui dicitur Cardalus, habitantem. Hic viatores cogebat super lectum aliquem ascendere: quod si longiores erant, parte supereminente amputabantur: qui breviores, pedibus distendebantur. A qua re Procrustes cognominatus est. Plutar. in Theseo, & Diodor. lib. 4. c. 5.

CALLISTHENES in navigatione, & Hecataeus de Hyperboreis, narrat, duos colles fuisse in Phrygia, qui aures Asini vocarentur, super quibus munitionissima oppida condita fuerunt, et quibus latrones complures viatores & peregrinos adoriabantur. His locis cum arma Midas rex Phrygiae intulisset, H ac oppidis per vim potius fuisset: obruncatis latronibus, dictus est fabulosus aures asini habere. Nat. Com. Mythis lib. 9. cap. 15.

Chimarae fabulam a Bellerophonte interfectae quidam ad latrones transferunt. Vide Titulum, Belluarum Domitorum. Oblati nonnulli Laconibus in itinere dixerunt: Bona vestra fortuna modo hinc dilapsi sunt latrones. Illi Minime vero, inquit, sed illorum, qui non incidunt in nos. Plut. in Lacon.

Post bellum Mithridaticum & Syllana tempora Cilices piratae cum longe lateque, omnia infestarent, ut nihil usquam toto mari ab illorum latrocinio Romanis tutum esset amplius: missus est adversus eos P. Servilius proconful, qui Ilauros, & aliquot alias eorum viros expugnavit. Quo digressio, ipsi validiores infurrescerunt, & ad Cajetam usque, Misenum & Ostiam, cum magno Romanorum utroque ponte petere consueverant: quem portae Gabinium rogationem tulit ad populum, ut maris impetum Cn. Pompejo demandaretur, quam longe lateque patet

A patet a Gaditano freto ad Syriam & Pamphylia, & rursus ab Aegypto Libyaque ad Hellepontum: ipseque ad piraticum bellum conficiendum, quindecim sibi ex senatorio ordine viros legeret, quibus suo arbitrio legatorum nomine uteretur: fumeretque sibi tantum pecuniam ex arario, quantum ad alendam classem satis videretur, ut par eidem potestas esset habendi delictus, & commoneus ad bellum expediendi. Eam rogationem cupide plebs complexa est: offendit tamen optimum quemque tam insolens imperium potestaeque nulli ad id tempus concessa, ut ne a Pisonem quidem consule Pompejum tacitum tulisse ferant, per Romuli gradus eundem exitum habiturum. Quae vox effecit, ut parum abfuerit, qui consul sit pro concione multitudinis incursum dispersus. Carolus mitiore via ingressus, parcendum Pompejo censebat, nec unum tot periculis onerandum: dandum itaque illi collegam, cum quo bellum pariteret. Quae Catuli vox tanto fremitu & indignatione est a populo excepta, ut corvus superne volans, clamore percussus, in medium concionem delapsus dicatur, Pompejum interim incredibili celeritate usum, classem & commentum, omnium ipse celerius comparat. Populi, Dynaste, reges Rom. nominis socii, auxilia, pecunias, committat ad id bellum misere. Infractae itaque naves 370. numero perditum, equitumque: & nequa hostibus pareret effugium, Pompejus legatis partitus est provinciam. Appianus ne pugnam quidem scribit, sed Pompeji fama terrens hostibus, continuo dedicationem fieri contigit. Dedita sunt ad viginti milia hominum; piraticae naves captae tercentum sex, ut idem auctor prodidit. Plinius multo majorem numerum posuit. Pompejus praedonum turbam procul mari ablegatam, partim Solis urbe per id tempus promodum a Tygrate in solitudinem redacta, partim Dymis Achaeorum oppido collocavit. Solemne urbs a nova hujusmodi colonia, Pompejopolis est appellata. Trium igitur, aut quatuor, ut quidam tradunt, mensium spatio, difficillimum alioqui bellum, dubium majore ducis virtute, an felicitate, est confectum. Sabel. lib. 4. Em. 6.

HERODES Antipatri F. contra latrones in speluncis degentes duxit militem: Erant autem speluncae sitae in praeruptis montibus, angustis tramitibus inaccessibiles, & acutis cinctae rupibus. In harum cavernis illi habitabant cum familiis. Rex autem arcem in hunc usum compactas de vertice montis per machinas demittebat catenis ferreis. Haec arce completae erant militibus hastas falcatas habentibus, ad attrahendos repugnantes, & detrahendos per praepost. Haec tamen arcarum demissio periculosa erat, propter immensam altitudinem: & in spelunca non deerant vitae necessaria. Ut vero dimissae sunt arcae ad earum ostia, & nemo praeter metu audebat progredi: quidam scuto ac accinctus gladio, manu utraque apprehensa catena, quae arca sustinebatur, dimisit se intra fauces. Mox ad quandam cavernam accedens, primum jaculis multos intus confecit: deinde resistere conatus, falcata hasta attractos dabat in praepost: tandem penitus reconditos invadens, jugulavit multos, ac tum demum in arcam se recepit: caeterum ejulatum audientes pavore corripuit & saluti desperavit. Sequenti die usi sunt eodem oppugnationis genere, magis etiam ex arcis exundo, & pugnano in foribus, & subiecto igne antra incendendo. Hocque modo omnes speluncae expugnatae fuerunt. Josephus lib. 14. cap. 27.

ARUGRIMUS pugil Sueticii sustulit ex Ostra Frotonis III. Danorum regis bellicosissimi F. duodecim filios, Brander, Biarbi, Broder, Hiarrandi, Tandir, Tirvingar, duos Haddingos, Hiorthuar, Hiarthuvar, Rani, Angarir. Hi ab adolescentia piratae dediti, uno navigio in Sampo insulam vecti, cum duas naves Hialmeri atque Alvarodii piratarum reperissent, remiges interfecerunt: sed an gubernatores oppressissent, dubii, ex numero reitorum & caeterorum eos abesse cognoverunt. Quippe Hialmerus atque Alvarodius, quorum navigia tempellae laceraverat, gubernaculis exidendi gratia nemus ingressi, cum illud humeris impositum, lociorum cladis ignari, ferrent, ab Ostra filius laesisset, duo cum pluribus ferre decernere coacti sunt. Caelo Hialmero, Arvarodios inforem adhuc gubernaculi truncum incredibili librum nisu, tanta vi hostium adegit corporibus, ut duodecim unico ejus impulsu contusos eliceret. Saxo lib. 5.

Frates 12. Norvegi latrocinio insignes, intra insulam rapidissimo ambitam fluvio praecalum moliti vallum, terrestrem in Olano munitionem extendarant: cuius receptaculo freti, crebra vicinos irruptione lacefabant. Excedentes enim insula, continentem exstructo ponte petere consueverant: quem portae munitionis annexum ita moderari solebant, ut quasi volubili

aliquo cardine circumvectus, modo trans flumen interiret. E neret, modo occulto restium ductu supernè retractus januae deserviret. Fuere autem juvenes hi gigantes trophis celebres, spoliis locupletes. Quorundam ex ipsis nomina reliqua sunt: Gerbiorn, Gembiorn, Armbiorn, Stembiorn, Eshbiorn, Thorbiorn, & Biorn. Hic equum habuisse traditur miro robore & velocitate, adeo ut, caeteris annem trajicere nequibus, hic solus obstrepentem indefessus vorticem superaret: cuius aquae laplus tam praecipiti cursu deferebatur, ut animala natantia quaevis abriperet. Canem quoque ferocissimum habebat, quae saepius bifenos sola viros oppressit. Oforti gigantes armentorum custos olim Fridlevus Frotonis III. Danorum regis F. antequam patri in regno succederet, exercitu contra eos ducto, intra munimentum compulsi, & equum Biornonis cepit. Ea nocte interpesta solus per fluvium vectus, in latronum munimentum penetravit, ponteque demisso, exercitum introduxit, latrones occidit, soli Biornoni pepercit, forti & fideli opera ejusdem saepius deinceps usus. Saxo lib. 6.

Olo Norvegius, Svari Norvegiorum regis F. qui post in regno Daniae Harald avunculo successit, cum accipisset, Gunnonem Thelemarchiae ducem cum filio Crimone nemus Ethaecog per latrocinium obsidere, cum cane & equo parabilem a patre armaturam deposcit, & sylvam ingressus, hominis vestigia nivi alius impressa sequitur. Ibi Tokonem servum Gunnonis ferro opprimere desorm existimans, apprehensum, aratimque confectum, tecto, quo praepost excellerat, transversum iniecit. Qua ignominia Gunno ac Grimmo ocuis incitati, diversis elapsi posticis, pariter in Olonem cum contemptu atatis ejus ac virium ruant. Sed ab eo vulnerati, dum gigantes innixi, Olonem perdere conantur, eorum ille alterum ferro, alterum canem confecit. Saxo lib. 7. & Cranzius lib. 2. Daniæ, cap. 12.

Suenonum rex Gotaras, alteram Omundi regis Danorum demortui filiam amore complexus, Ebboni cuidam Sibbonis filio postulanda virginis gratia negotium dedit. Is gratum de puella confensa nuncium retulit. Jamque nihil voto praeter nuptias deerat: quas Gotaras apud alienos agere memens, per Ebbonem, quo prius usus fuerat, sponsam sibi transmitti curat. Is quum parva admodum familia comitatus Hallandiam praerteret, in vico quodam pernoctavit, in quo duorum fratrum habitaciones medius annis secreverat, eos, quos hospitallyter recepissent, nocte jugulare solitos: Trabes enim oblongam, ferro munitam, in excelsa domus parte suspendeant, quam nocturno tempore subductis nexibus demittentes, internecubantium capita defecare solebant. Ebbo juxta caminum extructo foco, independentem capitibus machinam conficiens, locios simulato somno corpora transponere iussit, praefatus, perquam salutaris eis loci variationem existeret. Quidam spreto monitis immoti, ut cuique jacendi locus ovenerat, cubaverunt. Intempesta nocte ab insidiarum ministris pendula machina, magna vi solo adacta, subiectos exiit tradidit. Mox illato lumine, Ebbonem superstitem pugna adorti, ab eo occiduntur. Ebbo sociis amissis, ad suos redit. Gotarus id Syvardi instinctu factum judicans, vindictam armis periculus est. Syvardus victus: foror ab hostibus capta: Dania vectigalis facta. Saxo lib. 8.

JOANNES Henrici VII. Caesaris F. regno Boemiae potius, ejectione Henrico Corinthio tyranno, cum in Boemia tanta vis latronum inolevisset, ex numero equitatu perditumque non itera solam ad excipiendos quoscumque viatores complecti, sed loca praeterita tenerent validis praesidiis firmata, ex quibus aperta vi agros etiam & vicos incurfabant omnia illorem labula perultravit, indeque per milites extractos, igne, caede, laqueo punivit, diritis simul usque ad solam laetibus. Alteram quibundem editionem in Moraviam suscepit. Itaque arx Jani a Boskovic, quam Ursperberg cognominabant, expugnata, & eversa est. Drahtova item & Deblina, ad quam nullus machinis, sed tantum cuniculis patebat aditus, cum Frederico possessore intercepta: ipsi, quia ferus dedicationem fecerat, caput gladio ademptum. Hoc modo non hominum tantum saluti & securitati, sed agrorum insuper, vinearumque culturae profectum. Dnbrau. lib. 20.

ALEXANDER Scotorum rex, Fers, id est fortis, ob singulari in latronibus compescendis virtutem, cognominatus est. Principio regni ejus Moravi, & Rossi videntes eum inter aras ac facella veritari parentum more, rari ignavum & tardum ad corrigenda peccata fore, cum magna audacia rapinas ex-



A exercere, eoque tandem cupiditas ea evasit, ut veluti rabidi nulli mortali non parcerent, eadeque promiscuas facerent, non formidant modo, & puerorum, sed infantum quoque. Alexander duces tumultum capite multavit. Redempti vero per Meriam, mulier quaedam rursus ad genua accidit, dicitans maritum suum ac filium, quod illum ob debitum coram iudice convenissent, a comite Meria filio casus. Alexander repente equo desiluit, nec in equum prius ascendit, quam flagitii auctorem in furca suspensum vidisset. Mox Gouream castellum, ab Edgardo fratre edificari nuper coeptum, perficere constituit, ad latronum receptacula delituenda. Dum operi intentus esset, latrones quidam in Alexandrum conspirant, ac corrupto munere promissisq; cubiculario regio, per noctem clam in castellum per cloacam intromissi, regem somno, ut arbitrabantur, oppressum adorant. Is sumpto protinus enle, lecto evolat, ac cubicularium in primis, & sex alios, qui in cubiculo iam penetrant, occidit. Reliqui territi, ne a tergo opprimerentur, fuga sibi consulere nitentur: sed ab exitu tumultu famulis capti, conjugationem prodidere. *H. Boeth. lib. 12.*

B Anno Domini 1063, in Palaestina profecti sunt religionis causa Sigfridus Archymista Mogurinus, Guillelmus Trajectensis, Otho Ratisbonensis, Guntherus Bambergensis Episcopi: Fridericus Damascia, Eckardus a Scheuren, Orhtullus ab Hohenvart Dynastae, & alii complures Bojorum proceres. Savum amnem transgressi, multa à latronibus perpeffi sunt. A Byzantio Caesarem Galilae Calendis Aprilis, quarto die ante Pascha, dum itinere diem ab Hierosolymis, pervenerunt. Postero die Captharalam vicum intrant, ibi Arabes adiunt. Trajectensis Episcopus semivivus & nudus spoliatus relinquitur. Reliqui tres Episcopi Basilicam datuque turres occupantes, eas summa vi defendunt. Hostes tandem celeberrimo Paschatis die pacem venalem offerunt, octoque Arabum principes in turrim admittunt, qui de pretio pacificantur. Ibi hostium primarius linteum, quo caput in modum coronae alligat, collo Guntheri Episcopi, quem principem esse rebatur, innectit: En, inquit, te solo capto, ceteros omnes in potestate habeo, & simul ac iussero, ab arbore cum comitibus pendebis. Guntherus, ubi hoc per interpretem intellexit, pugnum in faciem minantis impingit, ac humi octo hominum sternit: deinde focios cohortatus, ceteros septem Arabes captos nudatolque armis, duriter vinculis constringit, relique faventium populatum oppoñit. Arabes e die focis parentes, manus abstinent. Postridie Ramulae praefectus, quem rex Aegypti urbi praefecerat, audito periculo Germanorum, ne vectigalia in posterum amitteret, si alii horum periculo deterriti, Palaestinam invadere vererentur: ad liberandum eos cum magno equitum numero properat. Arabes ad eius adventum dissiugunt. Germanos autem Aegyptium praefectus incolumes Hierosolymam deduxit. Inde conductis navibus in Europam navigavit. Sighardus & octo redierunt, ceteri interierunt. *Aventinus lib. 5. Annal. Bojorum A.D.*

Anno 1505, ob nonnullos mare Aegrum atque Jonium, demum etiam Adriaticum navigantibus infestum reddentes piratas, Senatus Venetus quamplurimas tirenes non uno tempore armandas curavit: à quibus capti aliquot, latrociniorum penas dederunt. *Bembus lib. 7. Hist. Vener.*

Duo piratae fratres, qui Tetanum incolabant, duabus longis navibus quatuor jam annis Gaditanum fretum, & oram, quae extra fretum in Austrum inflectitur, infestam reddiderant. Septem praerat Gomecius Sylvius Vasconcellus. Unus ex piratis inter insulas obiectas occurrat voluit, ut inde nave aliquot imparatas invaderet. Frater interim mare speculabatur, ut fratrem, cum opus esset, admoneret. Hoc cum praefectus per speculatores exploratum habuisset, duas confestim celoces instruxit: uni Andream Vasconcellum, alteri Michaellem Sylvium praefecit, ambo erant illius filii. Michaeli juniori precepit, ut prior in hostes incurreret. Dum vero uterque se supra modum dicto parentis audientem praebet, ambo à parentis consilio deflexerunt. Junior enim tanta celeritate celocem incitari praecipit, ut grandiorem natu fratrem minime expectandum arbitrareretur: grandior autem frater lentius, quam res postulabat, celocem remis impelli faciebat. Itaque Michael Sylvius in hostium navem magno animo invasit. At hostes, cum essent numero plures, & ex majore nave cum minore decertarent, in celocem insilunt: fit atrox praellium. Lusitani tandem metu perturbati, sese in sentinam celocis abduunt. Gomecius cum certo equitum numero per oram, ut congressum cereret, discurrebat. Cum vero celocem ab hostibus occupari conspiceret,

alterum filium clamoribus & signis admonuit, ut fratri celocem opem afferret. Sed antequam is adveniret, Sylvius hostes à celoce armis expulserat, & se ab hostium nave, retinaculis sublati, disjunxerat. Deinde eos, qui se occultant, increpatos, è latibulis eduxit, & à metu refecit. Tum rursus in hostes invasit. Navibus autem archiflamma colligatis, intermissa pugna recruduit. Celocis magister hasta confossus occubuit. Petrus Vieira graviter faucibus decidit. Quatuor hostes deinde in celocis proram repente desilunt: Sylvius hastam in eos magna vi coniecit, & unum ex piratis fratris natu maximum occidit. Deinde alia hasta in tres illos, qui adhuc celocis proram tenebant, è celoce praecipites eiecit, & rursus se ab hostium nave sejunxit. Tum in puppim excurrit, & de magistro quaesivit, quid faciendum censeret: Ignorabat enim magistrum esse extinctum. Jacobus Vieira concisus vulneribus, & illa ventre discisso se effuderat: & tamen Sylvius ut junior natu majorem, & in bellis exercitum, interrogavit. Quid optimum facili judicaret. At ille: Abi, inquit, & eos, qui se rursus abdididerunt, è latibus expelle, & remorum vehementi concitatione te, quando solus relictus es, ab imminente clade subtrahere. Is continuo rursus homines metu turpiter examinatos è tenebris eduxit. At hostes cum cererent alios interemptos, alios vero timore necis occultatos, alios postremo vulneribus impeditos, in celocem impetum fecerunt. Interim Andreas Vasconcellus apparuit. Hostes cum essent pugnando desessi, & ducem amississet, rostrum cesserunt. At Sylvius Vietaram rursus interrogavit: Num hostium navem insequeretur? Vietara enim admonuit, ut ex alto in terram cursum dirigeret, ut hostilem navem in vadum compelleret. Is consilio paruit. Hostes exterriti, navem maxima remorum vi in adversum litus impellunt: & cum in mare desilissent, maxima eorum pars fluctibus hausta fuit, octo in terram enatarunt, qui cum in praefectum incidissent, ab illo capti sunt. Itaque antequam Andreas Vasconcellus accederet, jam frater illius junior rem totam confecerat. In quo nescio quid magis laudandum sit: virtutis, quae vel solus cum paucissimis, qui vulneribus debilitati, illum sequi minime poterunt, tam praesentis animo hostibus ferocissimis repugnavit: an modestiae, qua in ea trepidatione nihil sine majorum consilio moliri voluit. *Ofor. lib. 10. rer. Em.*

Ann. 1520. Antonia Arzedvia, nupta Jacobo Soverato, Gnavem unam ex iis, quas Caranelas appellat, conduxit, ut Tingi Arzilam peteret. Eam duo illius fratres patruales deducebant. Uni Joannes Caesius, alteri Arius Caesius nomen erat. Non multum progressi fuerant, cum in eos hostium navis incurreret. Ex hostibus octo in navem insilunt. Caelius cum Antonio Grimaldo plicatore, qui etiam navi vehabatur, festinanter accurrunt, & cum hostibus, qui ingressi fuerant, acre certamen ineunt: quatuor interficiunt, quatuor reliquos expellunt. Nauae interim ita cursum dirigit, ut hostilem navem post se relinquere. At hostes, cum ex iis, qui pulsi fuerant, intellexissent, solos tres viros esse, qui pugnarent, reliquam turbam esse mulierum, atque nautarum: navem suam remis, quantum possunt, impellunt, ferreas manus injiciunt, sexdecim armati per proram in navem ingrediuntur. Duo Caelii fratres eius acri animo repugnant, Grimaldus inermis, cum hasta & gausapina veste, qua complicata finistrum brachium armaverat, cum fratribus animo magno conjungitur. Major pars hostium cadit, reliqui se rursus in navem suam recipiunt. Dum hoc geritur, alii hostes per puppim insilunt, qui à nautis repulsi sunt. Grimaldus focum navis arripuit, & in hostilem navem coniecit: & hostibus partim inflammationem inulit, partim multo cinere conspersis, alpe-ctum adem. *Ofor. lib. 12. rer. Em.*

ERGA BELLUAS.

Ferarum domitores, victores.

In domandis bellis ut Prudentia opus est, quae machinis quibusdam nititur (quarum sub Tit. Venatorum exempla quadam referuntur) sic etiam robore tum interno (cujus merito hic de Domitoribus ferarum agimus) tum externo, quod ad corporis bona pertinet: & propterea ex Tit. Robustorum quadam exempla hic transferri commode possunt.

IN GENERE.

DAVID F. Ibi Bethlehemita, cum patris pecus pasceret, & leo una cum urfo gregem adortus, ovem sustulisset: raptores percussit, urfum eiecit, eoque de faucibus praedam extorsit. Tum leonem in se insurgentem, rostro prehensum cecidit. Hoc veluti

A veluti secundo omine usus, Deique omnipotentis auxilio confusus, Goliath quoque Palaestinum gigantem, quamvis puer, singulari certamine aggredi non dubitavit: Si leonem & ursum (ad Saul regem iniquis) Dei ope interfecti, quidni & Palaestinum istum, qui blasphemis suis Dei gravissimam iram in se suosque concitat? *1. Reg. 17.*

Qua Thebis recta Glisantiem iter est, regiunculam videas seletis lapidibus circumseptam: Serpentis caput Thebani vocant. Serpentem sane, quocumque ille fuerit nomine appellandus, è caverna lustris sui caput exerentem, gladio à Tiresia vate, cum forte illuc venisset, percussum tradunt; atque ex eo, loco nomen inditum. *Pausan. in Boeotia.*

CYRENE nympa Maenas fuit appellata, quod cum sevis- simis bestis, ne leone quidem excepto, depugnare non formidaret. *Pindarus Pythiorum hymno 8. Idem attigit in Artemidis hymno Callimachus.*

HERCULES prius Aegyptus, Oxyridis Aegyptiorum regis polemarchus, cum homines infestarentur à belliarum multitudine, in Aegypto praesertim, cuius nunc quoque regiones deserta sunt, & feris immanibus plena: hujus veluti patriae miserus, feris occisus, eam reddidit hominibus colendam: eoque beneficio caelestium honore donatus est. *Diadorus lib. 1. cap. 2.*

HERCULI JOVIS & Alcmene F. nuper nato, à Jove, Junonis novercae fraude, injunctum, ut Euristheum paulo ante nato, Argivorum regis filium, pareret, & duodecim certaminibus confectis, immortalis fieret. Juno sub mediam noctem duos ferocissimos angues immisit, à quibus ictus nemine praescio interiret: Sed Hercules dicitur ambabus manibus illos compressisse elidisse. *Ovidius in Dejanira. Apollodorus tamen lib. 2. jam octo menses natum Herculeum hoc designasse memorat. At Pherecydes ab Amphitryone immittis tradidit, ut experiretur, ut esset Jovis filius: Iphicium territum cum ejulat autugisse, Herculeum illos suffocasse. Venit post circa 16. aetatis annum ad Euristheum, qui primum laborem leonis Nemeae conficiendi ei imposuit. Veritabatur is maxime inter Mycenae ac Nemeam sylvam, circa montem, quem à casu Tritonem dixerunt. Hujus in radicibus aderat quela, ad quam divertebat bestia. Hercules cum ad locum accessisset, fugientem in speluncam insecutus feram, altero aditu ore obrutur, manibus leonem comprehensum suffocavit. Detractam pellem nullis ictibus vulnerabilem, corpori tegumentum ad futura pericula circumdedit; ut testatur Euripides in Hercule insano. Manuit postea confuctus: ut heros pelibus pro scutis uteretur. Sic Theseus Ancaeus, qui fuit cum Argonautis, Argus, & alii complures, ut est apud Apollonium. Fuerunt autem tres leones ab Hercule superati, Heliceus, Lesbius, Nemeus. Secundum ei certamen fuit cum Hydra Lernae, in Argivi agri palude sub platano ad fontem Amymones excubante. Capta illi C. Cecundum Diodorum, Alcaeus L. Simonides XL. Naucrates Erythraeus septem, Zenodotus Ephesus novem, Heraclides Ponticus quinquaginta habuisse tradidit. Quoties unum eorum caedebatur, reliquorum numerus duplicabatur continuo, nisi quis colli thyrsium igni statim exussisset. Itaque cum pars amputata validior redderetur, Jolau arigam suam monuit, ut vestigio incisam cervicem facia linea, ne efflueret sanguis, inureret. Hoc pacto superata bellua, saginas suas ejus sanguine tinxit, quo illarum vulnus mortiferum redderetur. Cum ingens cancer hydræ opem tulisset, cum Hercules concubavit. Et quia accensos torres Jolau ad Herculem attulit, crediderunt quidam, hunc laborem, quia adjuvus fuisse ab Jolao, non fuisse inter duodecim ab Euristheo receptum. Tertius labor, ut aprum Erymanthium Arcadiae vastantem agros, vivum afferret. Phocidis ager universus ob iram Dianae, quia Oeneus illum meritis victimarum honoribus privarat, ab apro insignis magnitudinis vastabatur, qui in Erymantho monte Arcadiae natus fuerat. Eum Hercules vincitum ad Euristheum vivum portavit, cum illum è quodam fruticeo propter altam vivum desolium extraxisset. Quarto mandatum Herculi, ut aureis cornibus cervam velocitate extimiam, Dianae sacram, in Matalno monte habitantem, Mycenae captam adduceret. Sed cum neque occidere illam Hercules, ut Dianae faceret, neque vulnerare vellet, annum totum currendo effinsecutus. Illa denique festina in montem Artemesium confugit, & ad Ladonem annum jamjam tranatura capta est, & Mycenae super humero deportata. Ajunt, Euristheum virtute Herculis percussum, dolium aeneum sibi ad*

latibulum comparasse, neque in urbem Herculem admisisse, omnia monstra ante portam civitatis exponi jussisse, per Copreum praekonem omnia illa formidabilia imperatse. Dianae Taygetae cervam postea ab Hercule consecratam ajunt. Cum juxta Symphalum Arcadiae lacum, apud quem Juno educata fuit, & celebre Dianae templum, aves essent, quae humanis carnibus vescerentur, ad has cedendas, quinto jussus, accessit. Fuerunt, qui dixerint Symphalidas vocatas aves, non à Symphalo lacu, vel fluvio, vel palude Arcadiae Symphali, sed ab Heroe quodam Symphalo, cujus, & ipsius uxoris Avis vocata, filiae fuerint; ut sentit Menaeus. Has occidit Hercules, quod ipsum hospitio non accepissent, acceptis tamen Molionibus. Alii & aves has fuisse memorant, & non sagittis casas, sed crepitaculorum aeneorum à Pallade acceptorum tintu ab Hercule abactas, in Aretiam insulam esse Arcadia convollasse, sentit *Pisander Camirensis, & Seleucus in Miscellaneis, & Charon Lampacenus.* Has etiam Ploidas vocantur, ut ait *Apollon. lib. 2. Argonau.* Crotalum illud, quo Symphalides exterruit, à Vulcano factum, Pallas Herculi concessit. Sexto loco in Herculis contemptum praecipit Euristheus, ut cortem Augiae regis Elidis, nemine juvante, purgaret. Haec per multos annos contractis fordidis simoque repleta erat. Is Pignione flumine superinducto, cursu ejus cortem purgavit, una die opere perfecto. Mox cum Augae pro purgato statulo se mercedem daturum negasset, ab Hercule sagittis conficitur: filiusque Pyleus, qui Dulichium progerat, quoniam iniquum esse facinus patris dixerat, in regnum restituit. Fuit autem Augae Solis filius (ut alii putantur, Nepuni, vel Phorbantis & Hirmines, vel Nyctei, vel Epochi) & ejus oculis radii solaribus similes effluere dicebantur. Eo caelo, Hercules è spolis Elidis certamina Jovi Olympico instruit, quae Olympica appellavit; quae quinquaginta quoque anno agebantur, ipseque prior volentes omnes ad certamen provocavit. Verum neque hunc laborem Euristheus inter duodecim recepit, quia spe mercedis illum obvisisset. Suscepit deinde onus septimum tauri ex Creta, quem Pasiphae amabat, deducendi. Cum Minos toti mari, quod Graeciam alluit, imperaret, nihilo majorem honorem Neptunus, quam diis ceteris, impartivit. Quamobrem iratus Neptunus, taurum ignem efflantem naribus, Cretae immisit. Fuerunt qui dixerunt, Minoem vovisse, quod primum sibi obigisset: At hunc taurum in sua armenta servasse. Quare Neptunus illi furorem immisit, ut omnia devastaret. Alii dixerunt, hunc taurum per fraudem Minois in Atticum solum fuisse deportatum, qui multos Athenienses concubavit, atque inter ceteros Androgeum, Minois filium. Quem cum ille per insidias obruncatum putasset, comparata classe bellum Atheniensibus intulit. Hic taurus, ut ductus fuit ad Euristheum, ut qui esset sacer, ab Hercule dimissus, Marathoniam agrum rursus vexavit: eumque dicitur Dianae Marathoniae fuisse postea à Theseo mactatum. Apollodorus verò putavit fuisse taurum, qui trans mare porta vit Europam. Labor deinceps octavus est ei injunctus, Diomedis Thracis equos adducendi. Erant equorum praesepia, ob equorum virum feritatem, aerea ferreis catenis equi viribus praevallidi vinciebantur. Alebantur in Tyrida oppido hospitum eorum divertentium carnibus. Huc cupiens Hercules abducere, primò Diomedem cepit, dedique suo exemplo equis comendendum. Manfuciores deinde factos, ad seque adductos, Euristheus Junoni sacavit. Quorum genus usque ad Macedonem Alexandrum permansit. Alii ab Hercule trucidatos, alii ad Olympum montem in pacata ductos, à feris lanatos voluit. Imperavit Herculi nono loco Euristheus, ut Hippolytae Amazonum reginae baltheum pulcherrimum ad se afferret, quem Admetae filiae largiretur. Eum tamen nonnulli non Hippolytae, sed Dilycae esse mauerunt, ac Ibycus filiae Briarei. Hercules cum una nave ad Amazonas trajecisset, Mygdonem & Amycum fratres iter impedire conantes in Bebrycia obruncavit. Themiscyram appellens, Amazonibus debellatis balteum abstulit, Hippolytham Theseo expeditionis focio concessit. Decimus deinceps labor ab Euristheo Herculi injunctus, ut Geryonis boves, qui in Iberia loca versus Oceanum sita pascebantur, ad se deduceret. Vulgata erat per orbem fama, Chrysaorum (hoc enim è divitiis nomen traxerat) qui universae Iberiae imperaret, tres habere propugnatores filios, tum robore corporis, tum armis egregios: exercitum praeterea cuoque fortissimum militum esse. Hinc dictus Geryon Chrysaori & Callirhoes filius triplex corpus habuisse, canem Orthrum duorum capitum in Erythea, septem capitum draconem ex Typhonis & Echid-



A Echidna gentium, qui boves custodiret, sua crudelitate miniftrum Eurytionem. Hercules exercitum in Creta coegit: mox peragratam majori Libya parte, ad Oceanum, qui est ad Gades, pervenit: ibique ab utraque continentis parte columnis positus, in Iberiam cum exercitu transiit, Chrylaotique filios tribus magnis exercitibus fidentes, singulari provocatione sustulit, bovesque in patriam abduxit. Duae columnae erexit, tanquam suorum laborum terminos: quarum alteram Abimam, alteram Alyben vocavit. De loco non satis convenit inter scriptores. Dicaearchus, Eratosthenes, Polybius, & Graecorum scriptorum complures, ad Euriipi angustias erectas dixerunt: Hispani vero & Africæ gentes, apud Gades esse putant, teste Dionysio de situ orbis. Boves per mare Ionium ad Eurytionem Mycenae deducti. Eos omnes ille Junoni immolavit. Fabulantur, Herculem post ductos ad Tartessum boves poculum suum soli reddidisse. Nam cum ad boves contenderet, solis radiis nimium calefactus, arcum vel in ipsum solem intendit. Sol ejus vires & animi magnitudinem admiratus, auream poculum illi donavit, quo Oceanum ad boves capiendos trajecit. Jussit eum deinceps Eurytionem inferos adire, & canem Cerberum adducere, quinquaginta habentem capita, tria canina, reliqua draconis. Hercules initiatus Eleulinis mysteriis, quibus praerat Musæus Orpheus F. sacrificiis ritè peractis in Tænaro promontorio, antrum subivit, trajectoque Acheronte, Theſeum super saxo sedentem, & Pirithoum invenit. Sed quia spontè & consulto Pirithous eò accesserat, illum ibi reliquit: Theſeum, quia necessitate coactus fuerat, liberavit. Tum Menæcium Ceuthonymi filium inferorum bulcum, quia capuro Cerberum repugnaret, luctando ita constrinxit, ut omnia ejus ossa confregit. Proserpina cum veluti ratrem suscepit: Cerberus in limine inferorum viso Hercule ad solium regis inferorum confugit. Eum pelle leonis & thoraee tantum munus Hercules cepit, quamvis nullum esset ejus mortis remedium, cum subita vis veneni vel in ossa continuo penetraret. Fabulantur, Herculem, antequam ad inferos descenderet, ad Oetham accessisse, atque ex fonte bibisse. Ob cuius vim cum omnium preteritorum malorum esset oblitus, fontem illum Ladium nominavit, ut ait in rebus Atolis Demophantus. Tradunt, eundem ad inferos descendente, in ripa fluminis Acherontis albam populum invenisse, atque ex ea coronam sibi fecisse, ut testatur Olympionicus in lib. de Plamis, cuius pars foliorum exterior ob inferorum locorum caliginem facta est nigra. Manfit postea inde consuetudo, ut sacra arbor Herculi putaretur, & in sacrificiis Herculis coronarentur sacrificantes ramis populæis: & ut scripsit enarrator Theocriti, præmia etiam victoribus certaminum in coronas parabantur rami populæi. Cerberum igitur per Troezenem ad Eurytionem deduxit: Euphorion & Herodotus per Hæraclæam, quam Acheruntium vocant. Cum primum lucem sensit, vomuit, & ex eo vomitum natum fuit aconitum. Dicunt, Eurytionem iussu, Cerberum statim fuisse ad inferos reductum. Pausanias in Laconicis, inquit: Hercules è Tænaro Laconiae promontorio Cerberum fingitur extraxisse: cum tamen eo in loco præter Plamathus in ipso monte templum, spelunca pernilis, nulla specus, nedum meatus subter terram ullus conspicitur. Hecæatus Milesius ca caverna immanen serpente lucta habuisse scribit, & propter virulentum inferorum canem appellatum, & ab Hercule ad Eurytionem pertractum, fabule locum dedisse. Homerus primus Ditis canem, postiores & Cerberum & Tricripitem fecerunt. Usumque labor indicus, Hesperidum aurea mala afferendi. Afferunt quidam, in Libya in Hesperidum hortis mala aurea à terribili dracone asservari. Alii præter hoc est, pectum greges exquisita pulchritudine Hesperides habuisse: quæ ob decorem à poetis aurea dictæ sint, quemadmodum & Venerem ob egregiam formam auream appellant. Nonnulli eas pecudes colore auro similes fuisse volunt, & coque hoc appellatas nomine: Draconem verò extitisse pastorem curam, qui vi corporis fortitudineque præstantes, & custoditis gregibus latrocinia prohiberent. Alii tradunt, Junonem, cum nupsisset, multas pomos, quæ aurea mala producerent, Jovi in dotem dedisse, quæ apud Hesperidas nymphas à dracone per vigili custodiebantur. Fuerunt Hesperides Hesperii fratris Atlantis filiae, Ægle, Arethusa, Hesperusa: vel, ut alii placuit, Ægle, Eruthusa, Vesta, Erythia. Draco natus ex Typhone & Echidna, centum capita habebat, variisque utebatur vocibus. Eo interempto, Hercules aurea mala decerpit, & ad Eurytionem detulit. Alii maluerunt, illum admonitum à Prometheus fuisse, ut Atlantem ad ea pro se mitteret, ac ipse tandem cæcum, dum rediret Atlas, sustineret. Tandem hic monstrorum dominor in Oeta monte sacrificaturus, veste venenata ab uxore

re Dejanira accepta, veneni vi maximis agitur doloribus, periret concidit, & exulit est. Ossa disparuerunt. Eit tanquam heroi facta. Diador. lib. 4. cap. 3. plurima alia Hercules gesta recenset: sed ad hunc nomine duocentis tantum ab Eurythio imperata commemorantur. Nat. Comes lib. 7. Myth. cap. 1.

Cum Hercules Hefionem Laomedontis filiam, ob patris perfidiam, Neptuni ira scopulo alligatam, ceteroque immani expofitam veller liberare: fetur aggerem, ut alii malunt, murum repentinum excitasse, atque ad angustias ejus aggeris armatus constiffit. Ubi verò cæcus accessiffet hians, in ejus os Hercules irrui. Ibi cum per triduum fuffit, cæto difrupto, exiti omnibus amiffis capillis capitis, ut scripsit, Hercules, regem obtruncavit. Neque tamen dediffet: indignatus Hercules, regem obtruncaverat, largitus est, concessitque Hefione, qui prior murum Trojæ confecerat, largitus est, concessitque Hefione, ut quem vellet è captivis, emeret. Illa fratrem Podarcem emittit, qui postea Priamus eadè causa vocatus est. Idem.

Ad Caucaeos montes & Hyperboreos profectus Hercules, F aquilam, Thyphonis & Echidnae filiam, quæ Jecur Prometheus vorabat, sagittis transiit, & Prometheus solutus vinculis oleaffri liberavit. Cum Acheloo, qui tauri formam fumpferat, in Calydone colluctatus, cornu ejus fregit: pro quo redimendo Achelous Amaltheæ Hamodii filiae cornu largitus est. Illud Hercules omnibus fructibus referunt Jovi consecravit. Idem.

Herculis 12. labores (quos alii innumeratos fuisse perhibent) brevitè complexus est Quintus Smyrnenus his verbis:

Πρώτη δ' εἰς ἡν ἔπειθε βαρῶν κατὰ τὸν ἕλκοντα.  
 Δάκρυον, ἢ κέρν σπυραίνουσαν ἄνασσι ἰδύλου.  
 Τὸ τρίτον αὐτὸ εἶπ' οἷς, ἐρμυθίον ἔτασε κάρην.  
 Χρυσέου δ' ἔλαρον μετὰ ταῖς ἑρπύλλας τίτατον.  
 Πύθων δ' ὄρνιθας συμπαρίδους ἔδειξεν.  
 Ἐπειὸν ἀμείνων κἀμὲ ἑσπέρη σαπύνη.  
 Ἐπειὸν, ἀγένης ποδῶν κάρην ἔδεικνυται.  
 Οὐδὸν, ἐκ κρήνης δ' ἀποστρέφον ἵλασε ταύρον.  
 Ἐπειὸν, ἐκ δρυὸς δρυαίνου ἵλασε ἵππον.  
 Ἐπειὸν δὲ κατὰ βίας ἵλασε ἔξ ἑρπύλλης.  
 Κέρβερον δὲ κατὰ κνή ἀπὸ γαυρῶν ἐξ ἄιδου.  
 Δάκρυον δ' ἐκὸς ἐκὸς ἐκ ἑδάδα, γέροντα μύδα.  
 Τὸ ἑσπυραίνουσαν, τὸν λυγρὸν ἔχει ἀδύον.  
 Μανωχὶ σπυραίνουσαν ἑμυθίαν κάρην.

Hos sic convertit Avulionus:

Prima, Cleonae tolerata armata leonis.  
 Proxima, Lerneam ferro & face contudit hydram.  
 Mox Erymanthem vis tertia percussit aprum.  
 Acripedis quarto tulit aurea cornua cervi.  
 Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto.  
 Thriceiam sexto spoliavit Amazona baltheo.  
 Septima in Augeis stabulis impensa laboris.  
 Oethava expositio numeratur adorca tauri.  
 In Diomedeis viciosa nona quadrigis.  
 Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.  
 Undecimo mala Hesperidum distinla triumpho.  
 Cerberus extremi suprema est meta laboris.  
 Tertia ac decimus labor est auristimus: una  
 Quinquaginta simul vitia vitæ nocte puellas.  
 De eodem sic scribit Boethius lib. 4. cap. 17.

Herculem duri celebrant labores:  
 Ille Centaurus domuit superbas,  
 Abstulit saxo spolum leoni,  
 Fixit & certis volucres sagittis:  
 Poma cernenti rapuit draconi,  
 Aureo levia gravior metallo,  
 Cerberum extraxit triplici catena:  
 Victor immitem possuisse fetur  
 Pabulum levis dominum quadrigis:  
 Hydra combusto perit veneno:  
 Fonte turbatus Achelous amnis  
 Ora demersit pudibunda ripis:  
 Stravit Antæam Lycyis arenis,  
 Cacus Evandrii fatiavis iras.  
 Quoque pressus foret altus orbis,  
 Saiger spumæ humeros notavit.  
 Vitæm caelum labor irreflexo  
 Sustulit collo: pretiumque rursus  
 Vitæm caelum meruit laboris.

Theleus Hercules certaminum imitator, natus Æthra Pittiei filia

A filia, ac Nepuno, in Troezenes nutritus apud Pittheum matrem avum, ac signa, prout ferunt fabulae, ab Ægea sub petra posita recognoscens, Athenas venit. Deinde mare ingressus, ut Hercules virtutes imitaretur, ad ea certamina adjevit animum, quæ laudem & gloriam sibi essent allatura. Et primum quidem latrones sustulit, de quibus suo loco. Deinde interemit in Crommyone aprum fuissestem, à quo multi interibant vitibus ac magnitudine præstantes. Tum Marathonium taurum, ab Hercule è Creta Peloponnesum traductum, cum per lithum Coentiaicum in Marathoniam Atticæ regionem fugisset, ibique inter ælios etiam Androgeum Minois F. interfecisset, eum in arcem egit: Deæ machavit. Minos ex infidiis Atheniensium filium interfectum suspicans, classe Atheniensium coegit, quorundam septem pueros ac totidem virgines Minotaurum in labyrinthum devorandos mittere. Paus. in Atticis. Adhuc adolecens in Cretam cum iis navigare voluit, qui quotannis pro morte Androgei ad Minoem regem tribari nomine mitebantur, in eam Minotaurum. Fabulantur, Allectum sive Minotaurum corpus totum habuisse hominis, caput bovis: hic erat in labyrintho loco amplissimo & inextricabili viarum multarum ambar, ab Ariadna Minois filia. Dædali inventione eductus, cælo Minotaurum, ad exitum reversus est, ubi filium annexerat. Diador. lib. 4. cap. 5. & Plar. in ejus vita.

Apollini è Thyria Amphinomi filia natus est Cygnus, facie formosa, moribus inolegantibus & agrestibus, nimio studio venationis indutus: habitabat tunc inter Plutonem & Calydonem. Midos habuit ob pulchritudinem amatoris, quorum cum præ superbia amitteret neminem, mox omnibus invisus, ab iisque desertus, solo Phyllo apud ipsam perieverante. Quamquam hunc quoque non mediocriter affecit contumelia. Exierat ibi id tempus apud Ætolos ingens leo, qui & in ipsos & in pecus grassabatur. Hunc Cygnus iussu Phylum sine ferro interfecit: idque in se recepit, leonemque tali necavit. Cùm sciret, quomodo hunc leo esset superventurus, ventrem implevit multo cibo ac vino. Cùmque hæc appropinquaret, ea vomit. Quæ leo famelicus devorans, vini vi stupido sopore obrutus est: Phylus brachio, qui vestem suam circumvolvet, in os infero, leonem suffocavit, sublatumque in humeros ad Cygnum attulit. Sed Cygnus alium adhuc difficiliorum ei laborem inunxit. Erant ea in regione vultures monstrofe magnitudinis, qui multos homines interfeciebant. Hos eum vivos capere, & ad se perducere quavis ratione iussit. Dabante Phyllo, quomodo hoc mandatum conficeret, evenit, ut aquila raptum leporem feminiamque eodem deiecerit, non perlatum ad nidum. Phylus direpto lepore, sanguine ejus se implevit, & hani procuravit. Inque vultures ad eum ut mortuum devolarunt: quorum ille duos pedibus arreptos tenuit, atque ad Cygnum perulit. Tertium ei hic, precibus adhuc magis ardentibus, impoluit laborem, taurum ab ameno jubens manu abducere ad aram Jovis, Phylus cum perficiendæ hujus rei rationem nullam inveniret, Hercules auxilium imploravit. Voto factò, duo ei tauri apparuerunt, qui propter vacuum, quam uterque ardebat, pugnantem, cornibus se mutuo in terram prosternebant. Cùmque elanguisset, Phylus alterum pedè correptum ad aram usque attraxit. Mutata inde Phylli voluntate, Cygnus se, quod minime opinatus erat, fore, contemptum videns, præ mæore animi seipsum abiecit in Conopiam lacum, viderique inter homines desit: eodemque etiam fe Thyria mater, filii mortem non ferens, precipitavit: amboque in aves mutati sunt in lacu, Apollinis nutu. Ab his lacus Cygnea appellata est: ac tempore arationis multum ibi visuntur olores. Propè extat etiam Phylli monumentum. Libralis ex Nicandri lib. 3. Alterarum & Aræo Lacone.

L. PRISILLIANUS insignis athleta, cujus viri percelebre nomen ob multas injurias, quas fecerat, & cædes belluarum, aliquando cum urio, pardali, leena, & leone simul, pugnavit solus, aliisque bestias complures occidit. Claruit temporibus Antonini Caracallæ & Macrini Imp. Dion. Niceus, & Xiphilinus.

IN SPECIE. ERGA Elephantos.

In ea pugna, quam Judas Machabæus contra Antiochum Eupatore commisit, Eleazarus Judæ itare, conspicuus excellentem elephantem ornatum phaleris regis, & ratus in eo regem invenit: magno animo in eum fecit impetum, & occisus multis viris, quam ad eum penetraret, cæteris verò metu cederentibus, succedens filii ejus ventrem, confodit belluam, & ipse simul pondere ejus illabatis oppressus est. Ioseph. lib. 12. c. 14. Antiq. ex 1. Mach. 6.

Clara est Unius è Romanis dimicatio adversus elephan-

tum, cum Hannibal captivos Rom. dimicare inter se coegisset. Namque unum, qui supererat, objecit elephanto: & ille dimitti pactus, si interemisset, solus in arena congressus, magno Pænorum dolore confecit. Hannibal, cum famam ejus dimicationis contempnam allaturum bellis intellexeret, equites misit, qui abeuntem interficerent. P. lib. 8. c. 7.

Bello civili cum C. Cæsar Tapium operibus circumdaret, Veteranus quidam in elephantem, luxuriam unum genibus proterentem, impetum facere ausus, à bellua profobside cum totis armis arreptus, quom sublimis rotaretur, proprii periculi admonitus, ejus manicam, quantum in ea trepidatione potuit, graviter ictu conflacuavit. Quo vulnere elephas territus, relicto milite, in aciem refugit. Sablib. 7. Em. 6.

Eo pratio, quo Alfonso Albuquerque, India prætor, regem Malacensem vicit, & Malacem urbem expugnavit, Rex castello, quod elephans ingens tergo sustinebat, cum aliquot è suis domesticis vebatur. Hunc alii elephantum famuliter instrati & armati sequebantur. Tela è castellis frequentia decedebant. Elephantus enis dentibus alligatos gestabant: tantaque ferocia in Lusitanos irruerant, ut antefigantii pellicerent. Ferdinandus tamen Gomezicus Lemius, & Valens Fernandes Contignus, minime ea re perturbati, resistunt. Cùm uterque eorum in opposita vix latera, qua elephantis gradum violentè inferrebat, concessisset, aditum ei liberum reliquerunt. Utrinque deinde latera illius hostis perfordunt. Bellua quamvis in principio certaminis sit inanimis & efferata, est tamen doloris impatiens, & facillè in suo quoque vulnere faucia convertitur. Itaque cùm elephans transivisset utroque latere fuisset, rectorum, qui illi insidebat, profobside deturbatum proculcat. Exanimati deinde (sanguis enim illi utrinque profluabat) mirificè capiti. Rex eo metu confectum desiluit. Elephans in suos convertis, reliquorum elephantorum aciem perturbavit. Omnes exterriti in fugam versi sunt, neque rursus illis rectorum monitis aut minis in prælium compelli potuerunt. Orosius lib. 7. ver. Em.

Leones.

BANAIAS Jojada Cabsceleus F. & Davidis consiliarius, tres leones prostravit. 2. Reg. 23.

ABISAI Hebraeus, leonis, qui in fossam conciderat, rugitum G sentiens, solo fuisse armatus, in fossam intrepidus descendit: atque majoris audaciae opus, quam quod de Hercule perhibetur, aggressus, leonem occidit. Si quidem majus fuit Abisai in arcto adversus valentem feram fortè inventam felicitatem gerere, quam Herculi spaciofo in campo clavo, vel vincere, vel interire. Fulg. lib. 3. c. 3.

MEGAREUS rex Megarenium, cùm è duobus filiis nati majorum, cui Timalco nomen, qui cum Castore & Pollace Aphidnam oppugnaret, amiffisset, nati autem minorem leo Cithæronius peremisset, orbatus filiis, & filie nuptias, & regnum ei popondit, qui Cithæronium leonem confecisset. Alcaethus igitur Pelopis filius, auctus cum bellua congressi, ex eo certamine victor discessit, regnoque potius, Agrotæ, id est, Venatrix Diane, & Agrei Apollinis templum dedicavit. Pausanias in Atticis.

TERIBAXUS Ataxerxem regem Perfarum quadam die à duobus leonibus, qui ex quadriga regia duos jam equos disceperant, liberavit, leonibus ipsis foriter occisis. Qui deinde propter singularem fortitudinem & prudentiam immæ rerum contra Cyprium Euagoram præfectus fuit. Diador. lib. 15. H

POLYDAMAS Scythicus pancratista, maximus omnium ætatis suæ hominum, etiamnum adolecens, leonem in Olympo Macedonia, nullo telo armatus, occidit. Pausanias lib. 6.

PERDICCAS Macedo, qui secutus est Alexandrum, aliquando in speluncam leonæ solus ingressus, leonem ipsam non deprehendit, sed catulos ejus secum exportavit, & magnam hominum admirationem hoc factò meruit. Erenim non solum apud Græcos ferocissimum animal leonæ putatur esse, verum apud Barbaros. Proinde dicitur, Semiramidem Assyriam, non si quando leonem cepisset, aut pardalim, similem feram interfecisset: sed si leonem esset nacta, animum extulisse, sibique in eo placuisse. Asian. de var. hist. lib. 12.

LYSIMACHUS Agathocles filius, leoni famelico Alexandri iussu datus in prædam (quod Callisthenis philosopho captivo ad remedium calamitatis dedisset venenum) manam amiculo involutam in os leonis intulit, arreptaque lingua, feram examinavit. Quo illustri facinore conciliatus est Alexandro. Trogu. lib. 15. Pinius lib. 8. c. 16. Pausanias in Atticis. Seneca. At



A At Plutarch. & Arianus hoc tacent. Quod leonem, cum venaretur, excepisset, ac uno vulnere occidisset, fabulam ortam putat. Q. Curtius. Valer. Max. lib. 9.

DION scribit, Acilius Glabronem consulem in Albanum ab Domitiano evocatum, per Juvenalium festos dies, quos nihil celebrabat, iustumque cum ferocissimo leone ac vilende magnitudinis congredi. Sed prudenter in pugnam prodians Acilius, feram confecit. Id quod Satyricus poeta doctus excquitur. Calvus lib. 1. cap. 19. A. L.

CONSTANTINUS MAGNUS, Imp. postea, puer etiamnum in re militari a Galerio Maximiano Orientis prefecto instituebatur. Ab eo, cum jam adoleret, missus est cum exercitu contra Sarmatas, ferocissimam gentem. In qua expeditione non modo hostes profligavit, sed etiam Sarmatarum unum catenam Galerio adduxit. Galerius pre invidia minime ea victoria letatus est: sed ut cum leone in theatro pugnaret, hortatus est juvenem, gloria ac laudis alioqui avidum. Superato quoque leone in certamine, cum miris laudibus spectatores juvenem efferrent, Galerius majores meditatus est insidias. Quas ut evitaret adolescentem, assumptis fidelissimis quibusque sociis, ad patrem Constantium Chlorum Occidentis Imp. per fugit. Crispin. A. D.

PETEDEUS Rosimunda & Helmicus adulteri consilio, Alboinum Longobardorum regem occidit, & Ravennam primum, inde Constantinopolim fugit. Ibi cum ingentem leonem in arena confecisset, a Justino Imp. vires tantas suspectas habente excacatus est. Cæcitate ulturns, secretum principis colloquium postulavit, ut eorum, quæ sunt Reip. maxime necessaria, commonefaceret: duobus cultris sub utraque manu delitecentibus, patricios duos internuncios interfecit. Bonifinus lib. 8. Decad. 1.

ROMANUS Armenus, homo rusticus, sub Leone VI Imp. classis prefecto serviebat. Quidam noctu dum exploratum Saracenos abiret, leo ex harundine proflens, cervorum multitudinem in paludem pellens, unum ex iis laceravit. Romanus suspicatus Saracenorum aliquos in harundinero latitare, manè Græco igne harundinetum exussit, præterquam in ea parte, qua leo latuit, vento a contrario flante. Cum igitur omnia lustraret Romanus, & acervum hunc miraretur ab igne servatum, ensem dextra, lava pallium gestans, cum socio C. consabulabatur. Leone ex harundine proflente, Romanus cum pallium objiceret, & in illud leo se vireret, a tergo enis femora ejus dissecuit, locis interim fuga elapsis. Imperator cum donis honorificavit: & jam moriturus, ad turandum palatium emuchum (ut mors ejus) dedit Phocam Domesticum scholaram, quem terrestris exercitus ducenti consummerat: Romanus autem navalis exercitus principem fecit. Is postea obsequio suo tantum fecit, ut etiam vivo Constantino Porphyrogenito Cæsar salutaretur. Chisp. A. D.

HARALDUS, profligato Olavo fratre viro sancto, Dacorum rege, ipse quoque Byzantium aufugit: ubi a Barbaris falso homicidii infimulatus, obiectus est leoni, quem præter omnium opinionem occidit. Quo facto & supplicium remissum, & abeundi facultas data. Domum revertus, regnum adhuc a nemine occupatum facile obtinuit. Polyd. lib. 8.

Comes quidem Holfatæ, truculentissimum leonem ab amulis emissum, juba arripuit, atque in caveam religandum adduxit; eoque ferrea catena confrecto, illæsus exivit. Olavus lib. 5. cap. 21.

Admiratus est Mathias rex Hungariæ cujusdam nobilis Poloni facinus, qui etiam leoni libero & famelico abstulit, atque eidem tantum terroris intulit, ut rugire non auderet, nec se loco movere. Ibid.

Lupos.

JOANNES HUNTADES, Triballorum ducis stipendia merens in venatione lupum persequens, egro sinum tranavit, lupum confecit, pellem duci obtulit. Hoc facinore dux admodum delectatus: Der tibi vitam Deus, inquit: multos, quantum video, lupos conficies. Chalcocondylas lib. 5.

Vipos.

SKYOLDUS, Lotheri Danorum regis filius, immanem bellum subegit, quæ futuram in eo fortitudinem ominata est. Nam quum a tutoribus fortè, quorum summo studio educabatur, spectanda venationis licentiam impetrasset, obvium sibi insolite magnitudinis ursum, telo carens, cingulo confinxit, necandumque comitibus præbuit. Ferunt, ingenti roboris nobilitatem feras bestias in homine deprehendere,

illi parere, cerviceque submittere: quas erigunt in degeneres. E. Crantz. ins. l. 1. Danie cap. 5. ex Saxone.

Apros.

Fabulantur, Oeneum Aetolium regem & Calydonia, primis tum frugum, tum etiam domesticorum animalium, Dianæ offerre solitum. At cum sumpti parvæ decrevisset, Dianam solitis primitiis defraudavit. Illa indignata, aprum insignis magnitudinis, qui in Oeta monte versabatur, in Calydonium agrum immisit, qui universam regionem devastaret. Ovid. lib. 8. Metam. Inter cætera dama, quæ illi regioni inferebat, cultissimam Oenei vineam, quam Ancæus multa diligentia plantaverat, populatus est. Homerus in Iliade. Ancæum servis asperum & immitem fuisse ajunt, dum eam vineam plantaret. Quare unus ex iis dominum ejus vineæ non gustatum esse fructum, inquit. Ancæus ubi fructus ad maturitatem pervenit, servum jussit sibi vinum miscere: & poculum ori admoturus, salum fuisse ejus vaticinium dixit. Cui servus respondit:

Πολλὰ μάταιον πίνω κίλικον & χηλεῖον ἀπρον.

Multa cadunt inter calicem supremaque labra.

ANCÆO poculum tenente, accurrit quidam nunciatus, ab apro vineam devallari. Ancæus deposito poculo, arreptaque securi, in aprum irruit, & vulneratus cruce, ut sensit Pherecydes, interit. Pausan. in Arcade. Ancæus, cum opem ferret Meleagro Oenei filio, à bellua interfecit, memoratæ prodidit. Ovidius in ventre vulneratum ait. Venatores ex universa Ætolia convaluerunt ad Meleagrum: Jason, Theleus & Pirithous, Lynceus, Idas, Cæneus, Leucippus, Acastus, Amphiclydes, Oedides, Telamon, Phyleus, Eurytion, Lelex, Echion, Hyleus, Hippalus, Nestor, Panopeus, Pollux, Jolus, Atalanta, Peleus, Prothus, Cometes. Multi mortales perire ab apro lanati. Scripsit Ovid. l. 8. a Meleagro in armo cesum venabulo, at hinc in Chilliadibus in fronte: prioremque omnibus Atalantam Jasonis, ad non Scæniæ filiam, sagitta aprum percussisse. Quanto fuerit magnitudinis hic aper, vel ex eo patet, quod, teste Plinio, unus ejus dens in hortis Cæsaris in templo Liberi patris, haud minor unius pedis & quadrantis mensura spectabatur. Nat. Com. Mytil. lib. 7. cap. 5.

Serpentes.

CADMUS Agenoris filius serpentem interfecit, custodem G fontis Aretides: cujus dentes quum sessisset, nati sunt protinus armati homines, qui mutuis vulneribus se confoderunt, ut fabulantur poetae.

Fratrem Perati Argivorum regis dicit Paulanus Phorbantem fuisse, filium Argi, patrem Triopæ. Diodorus autem Siculus scribit, Rhodienses, cum vi serpentium atrociter infestarent, consilio oraculo Phorbantem accersisse, data insula parte, quam & ipse, & ejus posterit tenebant. In liberos peste illa decrevisse postea Phorbanti vita jam sancto divinos honores, quem tamen Diodor. lib. 5. cap. 12. videtur indicare, non Phorbantem Argivum, nec Perati fratrem, aut Argi filium, sed Theffalium Lapitho progenitum.

SECUNDUS PROLEMÆUS Ægypti rex, cupiens & elephantos & alias mirabiles visu ac viribus belluas ad se deduci, donis ac pecuniis multos ad elephantos aliasque feras capiendas pellexit. Venatores quidam Æthiopes decrevere magnum serpentem vivum in Alexandriam ad Ptolemaum traducere. Cum res hæc gravis difficillique esset, fortuna eorum consilio optulata est. Serpens erat triginta cubitorum longitudine juxta aquas, qui reliquo tempore immobilis, se in circulum colligens quiescebat: accedentibus ad aquam potus causa cæteris animantibus, insidiabatur, circumnectens cauda depalcebatur. Hunc conspicati homines, cum longior esset, hebetere natura laqueis & catenis, sese illo poturus sperantes, primum fidenter ad eum accerserunt. Bætiæ appropinquantes, visis igneis oculis, lingua lambente singula, & liquidam asperitatem, dum moveretur, strepitum ingentem edente, dentibus insuper eminentibus, oris quoque aspectu horrido, immutato colore admodum exterriti sunt. Itaque timide injectis ad caudam laqueis, ad contractum funibus corpus magis sibilis conversa bellua, propinquissimum ore captum vivum deglutivit: alium fugientem, cauda longè apprehensum, atque ad se tractum occidit. Cæteri metu petculi, fuga saluti consulere, non tamen omittentes belluæ capiendæ curam, se luci timorem superante. Eum arte & doctis sunt aggressi. Primum validis fissisque funibus rete concavum nasse forma belluæ capax fecerunt: Tum spectantes serpentis cubile, atque exitus redituque notato tempore: ut primum serpens ad consuetum animalium passum

A passum prodit, priore aditu ingentibus lapidibus terraque obducto, in proximo vallis loco latum in primis ingressum, tamen arctiorem interitus, veluti cuniculum, cubile versus, in quo rete positum est, fecere. Revertenti a passu belluæ, coniectis procul telis, eorumque item conspectu larantium canum multitudinem, ad hæc tubarum concentu territum serpentem, ad solitum aditum coegerunt. Quem obseptum cum reperisset, illi insequendo amorum eorumque strepitum, tubarum insuper clangore, & venantium clangoribus obfufectam belluam ad præparatum aditum adegere. Quem ingressa, in rete incidit. Deinceps relinquentem, retèque dentibus magnis editis sibilis lacerantem, compresserunt. Eam enim ad terram reposituram, & loca caudæ proxima pungentes, retraxerunt ejus dentium lacerationem ad sensum dolentium partium. Eo pacto irretitum serpentem deferentes Alexandriam, regi obtulerunt, mirandum spectaculum, & vix auditibus credendum. Deducito deinde paulatim ad conterendas vires cibo, feritas ejus remissior reddita est, ita ut ob illius manufactum obfufectum. Ptolemæus venatoribus tributo premio, serpentem dimenso enutrientis cibo, ad regiam venientibus exteris pro mirando spectaculo ostendebat. Diod. lib. 3. c. 2.

ATILLIUS Regulus Cof. Rom. bello primo Punico apud Bagradam fli in Africa, serpentem balisus atque catapultis cum universo exercitu vix tandem confecit. Ejus interfecit eorum longum pedes cxx. cum maxilla Romam misit. Cell. lib. 6. c. 3. & Plin. lib. 8. c. 14.

GEORGIUS martyr Cappadox, tribunus militum sub Diocletiano, draconem maximum in Africa, exercitum terrentem, interemit dicitur. Quæ tamen historia in Niceno concilio inter Apocrypha est habita. Volat. lib. 16. Antraph. & 22.

SYVARDUS Gothorum rex, filiam Avildam habuit, peplo semper obnuptam, ne formam suam alienæ libidinis irrationem efficeret. Huic pater in arctam admodum custodiam relegatæ viperam æque educandos commisit, pudiciam ejus reptilium custodia vallaturus. Statuit etiam, ut si quis ejus aditum frustra tentasset, protinus amputandum caput, paloque referendum præberet. Tunc Alfus, Sigari Danorum regis filius, proci talium profectus, animalia propè virtutis in conclave excubantia debellare jussit, ut acris adversum se rabiem excitaret, cruenta corpus pelle contextit. Qua succinctus, mox ut sepi valvas subit, candentem chalybem forcipe comprehensum, hiantis viperæ faucibus immerit, eamque exanimem prostravit. Anguem deinde hiantem telo confecit. Cumque ex pacto victoriæ pignus experteret, referit Syvaldus, hunc sibi generum acceptari, in quem filia solidum optionis arbitrium contulisset. Regina cum filiam a sponso non abhorrete intelligeret, gravissimis verbis in libidinem ejus in vecta, eò deduxit, ut virilem vestem induta, ex pudica puella fetocem piratam agere coepit. Compluribus quoque ejusmodi voti puellis in comilitium additis, eò forte loci pervenit, ubi piratarum agmen amissi bello ducis interitum deplorabat. A quibus ob formæ pulchritudinem piraticæ princeps creata, majores muliebri virtute res edidit. Quam Alfus insequens, tandem apud Firmos navali prælio commisso, ex insperato captum, & decussa galea agnitam, virilem cultum in muliebrem convertere coegit, ex qua postmodum filiam Guritham procreavit. Sed & Borcarus Alfi miles, Alvide comitem Gro nomine matrimonio complexus, filium ex ea Haraldum suscepit, D. quem sequens ætas Hyldetan cognominavit. Saxo lib. 7.

REX Sueonum Herothus, repertos in venatione angues duos filia: Thoræ nutriendos commisit, integrum hominem quotidie abumere solitos. Qui cum adulti penitentissimo halitu viciniam urerent, rex inertis operæ poenitens, potuitum filia, qui pestem amovisset, edixit. Tum Regnerus Danorum rex, laneum à nutrice sagulum, villosaque femoralia, quibus infictos anguim morfus elideret, fumpit. Cùmque navigio in Sueciam appulisset, malefactam vestem, quò minus penetrabilis redderetur, gelu durandam præbuit; eoque amictus solus processit ad regiam, & non armis modo, sed etiam amictu virulento frustatus insultus, cum morfus cypeo, venenum veste arceat, ad ultimum jaculis utramque belluam confecit. Cujus cultum rex curiosus contempserat, quum hispidum animadvertisset, præcipue tamen in baccharum speciem ludens, Lathrogeum vocavit, adeoque ex labioribus recreatum generum addidit. Saxo lib. 9.

HARALDUS S. Olavi regis Norvegorum frater, magni Norvegorum & Danorum regis patris, exul Byzantium L. B. T. beat. Vite Human. Tom. 111.

fugerat. Cæterum ibi homicidii crimine damnatus, domestico draconi lacerandus obijcit. Cui in carcere cuncti fidus servus ultro sese comitem obtulit. Utrumque is, qui custodia præerat, curiosus observatum, per os antri inermem excussimque immisit. Vestibus exuto ministro, Haraldum verecundia gratia lineo tantum diuicincto excipit. Ab eodem clam amilla donatus, pisciculis pavimentum infravit, ut haberet draco, in quo primæ famæ impetum effunderet, reorumque oculi paulatim se in tenebris recolligerent. Haraldus lecta cadaverum ossa tele implicuit, iisque in unum globum coactis, veluti clavam effecit. Cùmque draco in objectam prædam irrueret, dorsum ejus veloci saltu conscendens, cullellum tonsorium, quem secum clam attulerat, umbilico, qui solus ferro patebat, immerfit. Eum cultellum Valdemar rex, rubigine exelum, familiaribus sæpe monstrare solebat. Servus interim clava extemporaria belluæ caput crebris ictibus contudit. Rex fortitudinis admiratione, navigio stipendioque donatos abire permisit, virtutemque colere, quam culpam punire maluit. Reversus Haraldus, mortuo jam Magno nepote, Norvegiam occupavit, & inde arma in Daniam transtulit, victoque duplici prælio Suenone, in Angliam F. evocatus, caditur. Hinc Mali cognomen traxit. Saxo lib. 11.

Helvetiæ pagus est Transylvania. Cùm primum coletur, draco terribilis graviter incolas vexabat. Vinkelriedus cædis causa exul, draconem se perempturum professus est, si sibi in patriam redire liceret. Cum dracone congressus, bellum interfecit, & victoriæ causa cruentum gladium extulit. Sanguis igitur in brachium distillans cum corpus nudum inflicisset, reditum in patriam victori concessit, victoriæ tamen fructum eripuit. Symonius in Helvetia Chron.

Draco ex monte in urbem Mediolanensem irruens, magnam stragem hominum, qui ad operas & agros pergebant, facere non cessabat. Mulierem nullam, ut ajunt, lædebat: viris tantum infestus erat. Plurimi belluam illam ut interficerent, contra eam ibant: verum nihil proficientes, extrema quoque patiebantur. Tandem Mariangelus, Mariangelorum familia princeps, natione Britanus, sive Anglus, ministrum suum, semetipsum armatura, quæ totum corpus tegeret, armans, obviam belluæ processit. Ministrum igitur cum bellua voraret, & medium in rictu portaret, nec cum in illa dimittere, vel evomere posset: securi belluæ caput amputavit. Draco in hunc modum perit, civitateque liberata ab illa bestia, à qua subinde oppugnabatur, Mariangelum ducem elegit, & contra hostes ire jussit. Nec multo post, ut sibi Mediolanensem principatum constabillaret, satellites corporis sui custodes delegit. Quo regnante, generatione demum quarta post principatum in Philippum devenit, cum quo Veneti bellum gesserunt. Chalcocondylas lib. 4. Hic Otho Vicecomes fuit ex Comitibus Angliæ, qui barbarum quandam, viperam in armis geltantem, straville dicitur, anno Sal. 1096. De quo sub Tit. Monomachia. Gloria causa. Joannes autem postea Galeacii Vicecomitis F. Philippus Maria, Angliæ comitatu donatus, suis Mariangelorum nomen reliquit, circa annum 1400.

Monstra quævis terrestria.

MINERVAM Ammonis Libyæ regis filiam scribunt, per omnem vitam virginitate servata, prudentia claruisse: multaque cum ingenio præstaret, ab ea artes repertas. Belli quoque exercitio deditam, cum robore corporis vigeret, multa seculi memoratu digna: & Ægyptem peremisse, feram stupendam, ex terra natam; & antea, ut quæ natura plurimum ignis ex ore vomeret, insuperabilem pugna. Ea primum in Phrygia apparuit regionem quandam comburens, quæ hucque exiit Phrygia dicta est. Deinde ad montem Taurum transiens, sylvas continuas usque ad Indos incendio vastavit. Postmodum per Mare in Phœniciam reversa, sylvas Libani incendit: perque Ægyptum in Libyam profecta, ad loca pervenit occidua. Postremo sylvis circa Cætanua destructis, omnique incensa regione, cum homines partim flamma absumpti essent, partim timore patriam liquentes, ad remotiora diffugerent loca: Minervam ferunt, tum sapientia, tum fortitudine ac viribus fretam, eam feram necasse, pellem pectori circumdedit, tum vestibus tutelæ gratia, tum ad virtutis partæque gloria memoriam ostendendam. At verò belluæ mater terra commota, deorum hostes Gigantes peperit, quo postmodum Jupiter Minervæ, Bacchique ac cæterorum ope deorum delivit. Diod. lib. 3. c. 5.

ACRISIO de maculis liberis tollendis oraculum consulenti, responsum est: E Danæ filia ipsius natiurum filium, à quo occiden-







A commilitonibus, ut stringerent gladios, & per hostium praedia erumpent secum; id sibi esse animi, etiam si nemini ad erumpendum audacia fuisset, affirmantes. De cunctantibus xli. omnino equitibus vel peditibus, qui comitari sustinuerant, repetitis, incolumes Canusium pervenerunt. *Front. lib. 4. cap. 3.*

EMILIUS LEPIDUS admodum juvenis, apud Ticinum, patrem liberavit ab hoste, & hostem interfecit. *Livius.*

Sub Atilio Calatino consule Laberius Tribunus militum (quem nonnulli Q. Ceditum, quamplurimi Calphurnium Flammam vocitatum scripserunt) cum demissum in eam vallem videret exercitum, cujus omnia latera superiora hostis infederat: depoposcit & accepit a consule trecentos milites: coque hortatus, ut virtute sua exercitum fervarent, in mediam vallem decurrat. Ad opprimendos eos undique descendit hostis, longoque & aspero praelio retentus, occasionem Consuli ad extrahendum exercitum dedit. *Front. lib. 4. cap. 5.*

C. FONTEUS CRASSUS in Hispania cum tribus millibus hominum praedatum profectus, locoque iniquo circumventus ab Hadrubale, ad primos tantum ordines relato consilio, incipiente nocte (quo tempore minimè expectabatur) per stationes hostium eripit. *Ibid.*

ATILIA Hunnorum rex, obfessa Aquileja, dum speculatum ad muros accedit, ab hostibus circumventus, duobus interfecit, reliquos audacia & virtute sua in fugam vertit, qui sacrosanctè affirmarunt, ex illius oculis ignitos radios, fulguris intar, emicuisse. *Nicol. Olaus in ejus vita.*

PRINCIPUS & TARUS fratres, Gothicis temporibus ex urbe Roma ad pugnam egressi, adversus Vitigen, qui Belisarium obfidebat, inclinata disjectaque urbanorum acie, sua hostibus in caedem ruentibus corpora objecere: ac tandem pertinaci statu Barbarum remorati sunt, quoad Principius in vestigio concidit: alter ubi situs in tuto esse vidit, defunctus praelio, multaque confosus vulneribus, ad Pincianam portam inter suorum complexus & gratulationes expiravit. *Sabel. lib. 4. cap. 5. & lib. 3. Enn. 8. & Egnat. lib. 3. cap. 2.*

VITIGEN Gothorum rex, contra Belisarium cum centum quinquaginta millibus armatis Roman venit: ac ponte Tyberino, qui ad Belisarii praedictio tenebatur, ultra fugientibus militibus, potitur. Belisarius ejus rei ignarus, forte cum mille equitibus ad Tyberim expacians, ex improvise in hostes incidit, ibique vel invitus cogitur cum hostibus confingere: nec multum absuit, quin telorum ac missilium multitudine obrutus fuisset. Agnitus enim à Gothicis, omnium jaculis & telis magno impetu peritur. Strenuè tamen pugnando, ex eorum manibus elabatur, & salvus Romam redit. Desiderati sane in illa pugna Gothorum plus quam mille: ex Romanis vero tantum octoginta. *Procopius, & Sabel. En. 8. lib. 2.*

Cum Belisarius Justiniani dux Carthaginem ex improvise cepisset: Giliher Vandalarum rex Afros rusticos multa pecunia sollicitat, ut Romanos, ubicumque invenirent, dispersos trucidarent, seque pro singulorum capitibus aureum datum pollicetur. Illi ubicumque lixas in pagis victum quarentes offendunt, clam capiunt, & eorum capita recisa Giliheri mittunt, pro quibus pecuniam accipiunt. Ibi memorabile quiddam gessit Diogenes Belisarii eques. Is enim cum viginti duobus scutatis militibus ad explorandos hostes missus, forte in rusticos incidit: qui cum suis viribus differerent, rem ad regem deferunt. Rex trecentos delectos equites mittit, qui captos & vivos adducerent. Diogenes domum quamdam ingressus, in superiore cenaculo cum suis dormivit, nihil omnino suspicans, quia audisset hostes procul abesse. Vandali manè domum undique cingunt. Interim quidam ex Romanis murmurantium voce & armorum ex fomno excitatus, reliquos excitat: qui ad pugnam instructi, una erumpunt, & scutis operit, certant hostes repellunt, omnesque evadunt, duobus tantum desideratis. *Procopius de bello Vandalarum lib. 3.*

In pugna, qua Andronicus junior Imp. ab Alexandro Bulgarorum principe victus est, strenuè dimicans Caesaris Filius Porphyrogeniti nepos, multis confosus telis, equo etiam ita vulnerato, ut cerebrum ejus pateret, hostibus tergum dare noluit. Equus, postquam eum domum incolumentem reportavit, ante domini fores exspiravit. *Gregoras lib. 10.*

JOANNE ZIMISCE imperante, pugnabant contra Rossos Romani. Dux Romanorum Theodorus ab Mithela equo suo lancea confosso excussus, Scytham quandam cingulo

arreptum, hac illac pelte instar oberfans, ed coniectis in se hastas excussit, sensimque retrò abiens, ad suos reverfus est, donec Romani Scythis vi repulsis, eum periculo eriperent. *Cedrenus.*

In ea expeditione, quam in Palaestina suscepit Fridericus Barbarossa, ferunt, Alemannum quandam corpore ingenti, & robore invictò praeditum, populares suos longo intervallo secutum, pedetentim incessisse, equum trahentem, ex itinere fatigatum. Simacitas vero circiter L. suis stationibus evagato, illum undique aggritis petiisse. Ceterum cum lato scutulo, & firmitate thocatis fretum, alacrem perexisse, esset. Unum autem ceteris jactantiorum, abjecto inuili arcu, longum ensim strinxisse, & concitato equo, cominus illum gladio percussisse. Alemannum vero gladio ambos anteriores pedes equi, tanquam sonum amputasse, ensimque in medio Perle caput ita impigisse, ut equite in duas partes dissecto, etiam jumentum tergum, sella quoque dissecta, vulneraret. Eo spectaculo Perle attoniti, non amplius ausi fuere unum eum laessere: qui nihil accelerato itinere, pedetentim vesperi in castra suorum pervenit. *Nicias lib. 2.*

SIVARDUS Norvegianus miles, ab hostibus captus, nauas, à quibus vehebatur, potu exhilaratos perstravit, ut sibi gubernaculi curam summi beneficii loco concederent. Quo impetrato, navim magno impetu concitavit, ut retineri amplius non posset, mox sese de summa puppi in mare demisit, litus tenuit, Haraldum regem improvvisò obrucavit. Alio praelio interfecit iuxta se focus omnibus, navim diu solus defendit, inde saltem in mare se dejiciens, dum natat, arma sibi ipsi detrahit, & vestes, quarum color probebatur. Cumque diu sub aquis delitasset, respirandi necessitate emergens, ab hostibus captus est & interfecit. *Olaus lib. 10. cap. 25. ex Saxone Grammatico.*

HEXMINGUS quidam, Abfalonis Roskyldensis Episcopi in Dania armiger, levibus armis instructus, ad discrimina subcunda promptissimus, contra Valagostenses Slavos pugnans, gladii, quo cinctus erat, longitudine impeditus, concidit. Ibi derelictus à suis inter crebras hostium hastas, non tam suo, quam fortune clypeo protectus, ut primum in genua se erigere potuit, districtò ferro hostium tibias appetens, illis paulisper cedere compulsi, fociorum tandem accursi oppugnatores urbem repetere cogit. Ita ad suos regressus, ac toto corpore intere reperit, admirationi videntibus suis.

GALEACIUS Bardassinus, eques Siculus (cujus animi ac corporis robur insigne fuit) praeter alia ingenta facinora, cum Alphonso senior Neapolitano rex Plumbium obfideret (ita in Tusco littore contra insulam Iltam oppidum vocatur) conspicatus tres hostium equites, cum multis aliis urbe egressos, ad se venire, qui à suis longè aberat, ultra illis occurrit, atque eorum unum gladii capulo in galea percussit, attonitum ad terram prostravit: in alia brachiis vincitum, ab ephippio extraxit, longèque abstulit: tertium fugientem, ad portas usque insequens est. *Ful. lib. 3. cap. 2.*

Cum Maximilianus I. rex Rom. Rhetiam invasisset, A. D. 1499. in prima velitatione juxta oppidum VVerdenbergam Joannes Valius Glaronensis, solus xx. equitum cataphractorum loco opportuno impetum sustinuit, tres ipsorum equis dejecit, gladio & hasta fretus. Viri fortitudinem admirati hostes, promissa incoluntate Velcuriam deduxere, & diploma. H. te ejus virtutem testati, ad suos dimiserunt. *Stumpfius.*

CHRISTOPHORUS Valdemari Danorum regis F. bello piratico contra Rugianos, cum ad litus navem appulisset, tanta faxorum vi ab hoste petitus est, ut de se tuendis potius, quam offendentibus hostibus, remigis cogitaret. Esbernus ergo, ne sanguis regius frustra sibi creditus videretur, mediis se jaculantium faxis intulit, juvenemque navigii sui interjectu servavit: quod protinus Barbari magnis viribus apprehensum, in litus pertraxerunt. Esbernus cum se tribus aggritis balista emissis toties ictu fraudatum videret, fracto arcu, à puppi in proram concessit, soloque tot hostes aliquandiu sustinuit. Tandem silicibus contritus, telisque perfoctus, ut pedibus quoque deficeret, aegre puppi repetita concidit. Jamque à comitibus desertus (nam cuncti, praeter unum, profundo se decedant) postquam Barbatos navigium, cujus jam latera dolabris perfrigerant, infilire confixit, viribus recollectis, semel iterumque à tres exceptos fugavit, telaque in se congesta reorifit: tandem lassitudine confectus, cum resumendarum virium gratia paululum retrocederet, lapidis ictu ante puppiam concidit. *Eum*

A Eum unicus ejus comes dextera comprehensum erexit, ut aspectu saltem, quando viribus non poterat, hostem terreret. Ad se reverfus, cum videret hostes innumeros, recollecto vigore, repulsi omnibus, in proram concessit, ibique rursus semianimis concidit: perisileque, nisi eum Christophori remiges ocyus nave exceptum servassent. Non multò post contra piratas itidem ducens, cum loricam sumeret, & is qui gubernaculo praerat, quo se protecutus esset, quaereret, cum uraque manu circa gubernandi officium occupata, neutram necessariae defensionis usus apparere postellet loricam, quam erat sumpturus, ei tradidit, seque potius, quam gubernatorem, inermem esse voluit. Quo facto, unius hominis corpus ferro, omnium vero mentes audacia influxit, antroperè hostes à se contemni demonstrans. *Saxo lib. 14.*

Bello quod Philippum Veneti gessere, justus erat Franciscus Gonzaga trans Abduam bellum transferre. Evaserat Gatta Mellita, dux fortissimus, in ulterioriem ripam cum equite levis armatus, expeditoque pedatur, eratque pons flavio propemodum impositus, quem Abdua nocturnis imbrius repente auctus, opus interruptit. Incidit Mellita, diei interventus à suis exclusus, subito hostium incurfus, in apertum vitæ discrimen: restitit tamen ille fortiter, est loco & viribus inferior: ac tandem impetum sustinuit, quoad equites pedetefque flavio enatato ad suos se receperunt. Plerique vorticoso amne arrepti, in suorum conspectu periere: Mellita, Romani Coelitis exemplum imitatus, omnium ultimus ad suos tranavit. *Sabel. lib. 3. En. 10. & lib. 2. Dec. 3.*

Anno 1552. Mahometus Bassa, Solymanni auspiciis, Themasuarum Transilvaniae obfidebat. Stephanus Loanzus Comes Ferdinandus sine nomine, cum fortissimè defendebat. Tandem & multitudine hostium, & subsidii desperatione, & proditioe duorum Hispanorum, qui ad Turcas transfugerant, terrore, militum vitam & fortunam pactus cum hoste incolentes, urbe excessit. Mahometus contra datam fidem circumventos trucidavit, Loanzum captum secuti percussit. Unicus Alfonso Perezus Sajavedrensis, Hispanus eques, gladio viam sibi aperiens, incredibili fortitudine Lippam versus, D. Turcis frustra insequentibus, fugiebat, & jam evaserat, cum in paludosam voraginem incidens, equi mole oppressus est & suffocatus. Illus caput Turcae ad Mahometum retulerunt: qui cum Hispanum esse audivisset: Nimirum, alius esse non potuit, respondit. *Africanus Centorius lib. 4. bellor. Transilv.*

LIBERTATEM SUAM ALIORUMVE FORTITER DEFENDERE. SERVITUTEM FORTITER AMOLIRI.

Consule Tit. Servitutum fortiter declinare, quatenus declinatio ista propulsatione nititur.

Matronas Spartanas, quae, in templo Cereris in vico Agila dicto, ludos ut facerent, conveniant, cum Aristomenes Messenius bello Messenico secundo opprimere conatus esset: ille Numinis ope fretus, gladiis, quibus ad hostias immolandas usè fuerant, armatae & veribus hostem invaserunt, multisque graviter faucis, ipsum quoque Aristomenem facibus percussit, ac malè multatum, in vincula conjecerunt. *Pausan. in Messeniis.*

In acie Philippensi M. Catonis Filius inter praestantissimos & fortissimos juvenes dimicans, ac labore confectus, non cepit fugam, neque pedem retulit: sed pugnans, significanque qui esset, atque paterno nomine se appellans, super cumulata hostium cadavera cecidit. Occubuit etiam ex aliis optimis quibusque, qui ad eripiendum Bruum objecerunt se hostibus. *Plut. in Bruto.*

Helvetii, qui Alpes incolunt, Imperio Germanico subiecti fuere, eoque nomine Praetorem singulis annis accipiebant. Austriacos principes vicinos habebant, eorumque potentiam, innumeris nobilium arcibus circumdati, verebantur. Jugum imminens excutiendi hae fuit occasio. Ludovicus Bavarus Imp. designatus circa annum Sal. 1314. competitorum habebat Fridericum Austriacum, inique factiones divisa Germania, interitino malo laborabat. Helvetii Ludovico non obscurè favebant, eaque propter à praefectis Imperii, qui vicinis Austriacis plus satis additi erant, miris modis vexabantur. Tres primum plebei homines, Guelielmus Tellus Uriensis, Stoufacherus Sutenfies, & Ernatus Underwaldensis, foedus ineunt contra tyrannos, populares quoque suos ad libertatis defensionem adhortantur. Quam historiam fuit Tit. Tyranni

cidarum executi sumus. Leopoldus Austriacus, Friderici frater, bello conjuratos domiturus, anno 1315. 16. Novembris ad Moregardani montem circumventus, MD. equitibus amissis, fummo cum dedecore vix effugit. Eo successu erecti Triumviri, ut aeterno foedere Urienses, Sutenfies, & Underwaldenses inter se coirent, auctores fuere. Ludovicus foedus ratum habuit. Austriaci clade tam ingominiosa irritati, quamvis Ludovico per Regem Boemum reconciliati essent, paganos tamen persequi non cessabant. Lucernenses partim insolentia Austriacorum, partim fortitudine Paganorum moti, foedus cum iis ineunt anno 1332. Tigurini xli. viros ob malè administratam Rempub. in exilium ejecerant, & mutata R. P. forma, xlii. tribus instituerant, è quibus Senatus legeretur. Cum exules Joan. Comitis Habspurgensis auxilio, noctu urbem occupare frustra tentassent, delituit Tigurini aliorum auxilio, anno 1351. Helvetiis se conjungere. Obfessi ter ab Alberto Claudio duce Austriacae patriae fortis, dimicaverunt. Claronenses quoque & Tugienfies in foedus recepti, anno 1352. volentes nolentes. Accessere his Bernenses anno sequenti. Et hoc foedus antiquum octo virorum Helvetiae. Leopoldus III. Alberti F. Anglos ad xcc. millia contra Helvetios excitat anno 1374. Dux illorum nepos Austriacorum, maris dotalis urbes ab Helvetiis occupatas (hoc enim praeterea eum contra Paganos Austriacos irritat) vindicaturus, ubi cum tanta collivie ramenta montium intravit, comenat delituit, in adversas partes distractum exercitum Helvetiis ad sylvam Buriam, ad Erlacum, ad Frobrunnam, carpiam caedendum praebuit, turpique fuga vix elapsus est. Urbes Imperii cum Helvetiis foedus ineunt, quibus Leopoldi suspecta erat potentia. Novis tamen insolentis nobilium vicinorum veteri odio exulcerato, cum Sempaccensis suae securitatis causa Lucernensium fidei sese commisitissent: Leopoldus interea victis Imperialibus urbibus, & pace cum iis facta, optatorem exercitum in Helvetios convexit, omni iuxta ope destitutus. Anno 1386. bellum iis indixit per se, sed & Comites, Barones, Nobiles, prout varias inimicitiae causas habebant, singuli turmatim bellum denunciaverunt, nimirum ut multitudine hostium terrerentur. Helvetiorum MD. Tigurum profecti, quòd illic Ducem irrupturum putarent, posteaquam rectè Sempacum proficisci audivit, celeritate incredibili sequuntur. Vix dum advenierant, cum nobiles consilio inuito, ut victoriae fructum praeriperent, gregarios milites spectatores tantum suae fortitudinis esse voluerit, iussere: atque vel insolentia quadam spontè, vel loci iniquitate coacti, relicti equis, pedites pugnam inviere. Quorum temeritatem cum fenex Baro Halenbergium reprehenderet, Oxenfenius leporinum animum illi, ad familiae nomen à monte leporis ductum alludens, cum probro objecit, & ad ducem conversus, Manipulum hunc rusticorum nos tibi prius, quam Sol occidat, affandum elixandum pro libito dabimus. In primo congressu ad LX. inermes Helvetios cataphracti occiderunt. At procedente pugna, labore & sudore confecti, praecelari inter Vinkelriedi stratagemas circumventi, securibus pulsati concidunt, suisque armis suffocantur. Leopoldi caedes eos etiam qui integri erant, ita terruit, ut in fugam turpissimè essent, memorabilem victoriam Helvetiis concesserint. Caesa supra duo millia Ducum, Comitum, Baronum. Equitum auratorum, Nobilium: Helvetii MCC. fuorum desiderarunt. Leopoldus IV. Superbus, patris mortem ulturus, a se sibi auxiliarios quamplurimos, ejusdem imitatione bellum Paganis indicit. Varia fortuna per quadriennium hinc inde pugnatum, meliore semper successu Helvetiorum, qui ferarum latibula innumera (sic enim Arceus vocabant) expugnavit, vastarunt, incenderunt. Civitates tandem Imperii pacis septennalis auctores fuere, qua Solodurum Helvetiorum foederi accessit, anno Salut. 1389. eademque post in quinquaginta annos confirmata. Concilium interea Constantiense Fridericum Austriacum, propterea quòd Episcopos quosdam in vincula conjecerat, & Joannem XXIII. Pontificum dejectum, contra datam fidem Constantia profugientem adjuverat, anathemate perstringit. Sigismundus Imper. Helvetios ad occupandas vicinas regiones hortatur, & quodammodo cogit, diplomate etiam testatus, quicquid contra haereticum hominem iusti Concilii egissent, id sanctum inviolatum fore; neque paci L. annorum cum Austriacis paulò ante inite obtuturum: addidit & stipendium, & quicquid eo bello occupatum essent, praecedentibus cepissent; id ut bonorum castrensi loco perpetuum haberent. Inaque Aragoniam &